

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

---

§. 11. Gondius Cardinalis Romam venire a Papa prohibitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

que Legato injuriosum maxima huic Sæcul.XVI.  
reconciliationi obstacula opponebat: A.C.1592.  
haud immerito enim Romana aula tam  
indigna agendi ratione maximam in-  
juriam sibi irrogatam fuisse censebat,  
quapropter non pauci summo Pontifici  
insinuabant, quod speciosas Henrici  
pollicitationes, ejusque consilia sibi su-  
specta haberent.

### §. XI.

#### *Gondius Cardinalis Romam venire a Papa prohibitus.*

**H**orum suggestiones nimis alte Ponti- *Thuan. l.c.*  
fics animo infixæ hærebant; qua- *Davil. l.3.*  
propter obtendens, quod per longiorem *Mem. p.98.*  
temporis moram, an Regis conversio  
sincera esset, examinare opporteret. In-  
terea ad suum in Galliis Legatum per-  
scripsit, quod suo nomine Gondio Car-  
dinali significaret, ne Romam versus  
iter aggredieretur: cum autem hic nun-  
tius tardius adventasset, & Cardinalis  
jamjam Alpes superasset, ad eundem Pa-  
pa Patrem Alexandrum Franceschinum  
ex ordine Fratrum Prædicatorum able-  
gabat, dato negotio, ut eidem inhiberet,  
ne iter suum prosequeretur, nec ditio-  
nis Ecclesiasticæ fines ingrederetur:  
præterea Franceschinus Cardinali ex-  
ponere jubebatur, quod Papa nec illum  
excipere, nec cum eo agere velit, eo-  
quod

**Sæcul. XVI.** quod Navarræ Regis licet hæretici,  
**A.C. 1592.** relapii, & a sacra Sede damnati rebus  
 favens ne quidem probi Catholici, mi-  
 nus vero digni Cardinalis partes ex-  
 plesset: denique Franceschinus jussu  
 Pontificis etiam hæc subjungebat: „ne-  
 „mini eorum, qui Roma in Gallias missi  
 „sunt, satisfecisti, eoquod moderamen  
 „ubique quæreres, atque templastris  
 „semper Religionis mala velares, eo fine  
 „ut Regnum in manus hæreticorum co-  
 „facilius recideret: insuper non eru-  
 „buisti ante profectionem tuam cum ipso  
 „hoc Principe colloqui, & sermones  
 „instituere: ad hæc per Urbes hæreticis  
 „obedientes in Italiam veniens iter fe-  
 „cisti, devitatis contrariæ factionis ur-  
 „bibus tanquam suspectis, & sparsa ubi-  
 „que fama, quasi a Pontifice accersitus  
 „venires, ut ipsum in ejus gratiam re-  
 „cipi procurares; cum tamen Papa fir-  
 „miter statuerit, omnes opes, & fan-  
 „guinem, si opus sit, profundere, ut  
 „Navarrum sperata regni possessione ex-  
 „cludat.„ Ceterum hoc idem inter-  
 dictum unacum iisdem rationibus pa-  
 riter Pisano Marchioni significabatur.

## §. XII.

*Cardinalis Gondii responsum.*

**Thuan. &** **H**æc mandata Cardinalis haud pro-  
**Davil. l. c.** cul a Florentina urbe in quodam  
 Magni